



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

1. De lotionem pedum, Ioan. 13.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

## MEDITATIONES

DE PASSIONE

CHRISTI.

MEDITATIO I.

De Lotione pedum. Ioan. 13.

**C**HRIſTUS, ante inſtitutionem Sacra-  
menti, cœna facta, ſciens quia à Deo exi-  
iit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, ponit  
veſtes, linteo ſe pracingit, mittit aquam in pel-  
uim ad lauandos diſcipulorum pedes. Con-  
ſidera, primò quis ſit, qui ſeruile, omniũ-  
que viliffimum miniſterium hoc eluendi  
ſordidos pedes ſuſcipiat, nempe Chriſtus  
qui à Deo exiit, qui eſt filius Dei, Deus de  
Deo, creator mundi. 2. quanta ſedulitate  
ſolus, nullo iuuãte, vt abiectiſſimus ſeruus  
id ſuſcipiat, ſurgit à cœna, licet ruſticum  
videatur tempore menſæ iſſdem manibus  
tangere cibos & pedes ſordidos: abiicit  
ſummam veſtem vt expeditior ſit, pracingit  
ſe, petit peluim ab hospite, aquã quaerit,  
fundit in peluim, ipſe aquã apportat,  
vt omnes partes officii ſeruilis expleret: vt  
diſcas viliffima officia etiam perfecte ex  
humilitate complere.

P s Venie

2. Venit ergo ad Simonem Petrum, qui dixit  
 Domine, tu mihi lauas pedes? non lauas in  
 aeternum. Tum IESVS: Si non lauero, non  
 habebis partem mecum. Et Petrus. Domine,  
 non tantum pedes, sed & manus & caput.  
 Considera, quã attoniti fuerint simplices  
 discipuli, cū viderent Dominū suū & Deū  
 in cuius nomine omne genu flectitur, pro  
 cadentem ad suos pedes, cum viderent trā  
 ad huius, nunc ad illius pedes prope  
 fordes abluere, linteo extergere, & magno  
 affectu osculari: nō dubium quin praesens  
 pore conticuerint, & vberimè lachryma  
 rint. 2. Considera eum lotionem cepisse  
 Iuda, vt hoc exemplo eum ad pœnitē  
 tiam cōmoueret, & nos doceret quomo  
 do cum inimicis agendum sit: imitatus  
 exemplum medicorum, qui, dum plures  
 ægros habent, incipiunt à maxime ægro.  
 O rem stupendam, videre Deum maiestatis  
 abiectum ad pedes sui capitalis inimici,  
 tam duri & obstinati, vt nullam emis  
 rit lachrymulam. Considera Petrum, qui  
 vltimò loco sedit, vt erat humilimus, & ad  
 dentissimus, non potuisse se continere, &  
 non ex alienatione, sed ex mera reuerentia  
 surrexisse, & exclamasse. Tu Domine, co  
 ditor caeli & terræ, quem alias confessa

PASSIONE DOMINICA. 237

sum filium Dei viui, mihi piscatori, conditione abiectissimo, mihi misero peccatori, & seruo indignissimo lauabis pedes? Quod enim ex reuerentia ita sit locutus, inde liquet, quod statim se totum laudandum obrulerit, dum aduertit, ni pareat, se Deum offensurum.

*Lotis pedibus IESVS dixit. Si ego Dominus & magister laui pedes vestros, & vos debetis mutuo sibi lauare. Exemplum dedit vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* Considera, cur Christus lauerit pedes, non ut sordes pedum ablueret, sordes enim pedum manuumue non coinquinant<sup>15</sup> animam, sed ut doceret primo, quomodo quis preparare se debeat ad S. Eucharistiam, nempe aquis lacrymarum & poenitentiae, ut exponit Cyprianus, & sedulo totius conscientiae examine, hoc est, à capite usque ad pedes. 2. ut exemplum humilitatis daret, in officio seruorum vel ancillarum abiectissimo, nec nos puderet siue maioribus, siue minoribus, aliquando seruire. 3. ut mutuas offensusculas, quae aliquando etiã inter pios & religiosos homines incidunt, libenter condonemus.

MEDL